

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

SEXTVS

cemus. Fuit inter illos insignis & Menippus sinopeus. Incidit autem in illorum  
retia Metroclis quoque soror Hipparchia.

Hipparchia.

**H**ipparchia Metroclis soror: erant autem maronitæ ambo: Amabat uero  
& Crates uitam atque uerba: neque ulla omnino procorum excellētia po-  
tuit auelli: non opibus: non nobilitate: non pulchritudine. sed hæc oia  
sibi Crates erat: parentibusque minabatur seipsam nisi huic traderetur necaturam.  
Cū igitur Crates a parentibus puellæ rogaretur: uti ab hoc illa proposito auer-  
teret. postquam egit oia: nec persuasit exurgens omni sua supellectile ante illius o-  
culos exposita: hic ait spōsus hæc eius possessio est: ad hæc delibera. Neque eni esse  
nostri cōsors poteris: nisi eadē studia attigeris. Elegit cōtinuo puella: sumptoque  
illius habitu una cum uiro circuibat: & congregiebatur in aperto: atque ad cœnas  
proficiscebatur. Quo tempore & ad Lysimachum ad conuiuium uenerunt: ubi  
& Theodorum impiū coarguit sophisma huiusmodi obiiciens. Quod faciens  
Theodorus iniuste agere non diceret: id Hipperchia si faciat: facere iniuste non  
dicetur. Theodorus autem seipsum feriens iniuste nō agit: ne Hipperchia quidem  
Theodorum cædens iniuste agit. Tū ille ad id quidem minime respōdit: sed il-  
lius pallium traxit. Sed neque territa neque perturbata Hipperchia ut mulier ē. Ve-  
rum & dicente sibi illo: hæc est quæ textrini reliquit radios. Sū equidem inquit  
Theodore: sed num tibi male de me ipsa statuissē uideor: si tēpus quod i textri-  
no consumptura eram: disciplinæ potius impēdi? Hæc & alia innumera de phi-  
losophante foemina dicuntur. Fertur & Crates epistolarum liber: in quibus præ-  
clare philosophatur. Stilus ipse sæpe platonis similis uidetur. Scripsit & tragœ-  
dias altissimo philosophiæ stilo: quale illud est: Non una patriæ mihi turris nō  
una tecta: sed terræ omnis & ciuitas & domus parata nobis: modo uiuere des.  
Obiit uetulus: atque in boetia sepultus est.

Menippus phœnix.

**M**enippus & ipse cynicus patria quidē phœnix: conditiōe seruus fuit: ut  
ait Achaicus in ethicis. Diocles autem dominū ipsius & ponticū fuisse: ba-  
tonemque uocatū tradit. Cum uero præ cupiditate iportunius peteret:  
thebanus fieri ualuit. Edidit quidem dignum memoria nihil. porro ipsius libri  
multo risu referti sunt: non secus atque Meleagri qui tempore suo fuit. Refert  
Hermippus diurnum foeneratorem fuisse: uocatumque Hemerodanistem. Nāque  
nautica usura foenerari conarique ut pecunias complures cogeret: Tandem in-  
fidias perpeffum omnibus priuatum esse: ac præ moerore laqueo sibi uitam ex-  
torfisse. Et nos lusimus in ipsum.

Est canis in creta quāuis sit patria phœnix

Tristia qui tota foenera luce dabat.

Istum nouisti sed uos fortasse menippum

Nam canis hic solam nomine notus erat.